quemcunque et toties quoties praesentibus abinde debulatos dare et
admittere post datam in possessionem praefata eandem bonorum per se non
prepedire omni ab omnibus impedimentis personarum quarumlibet propin
quorum et remotarum toties quoties fuerit quibus necesse fuerit ba
ni et evincere se cum suis successoribus de bonis omnibus submittendo sub va
dio suprascripto rendere in casu non admissionis intromissionis vel prepeditae
possessionis ad solvendum irremissibiliter creditori praefato succumbendo pro
quo vadio taliter succubito status existens idem recognoscens cum suis
successoribus ad instantiam praefati creditoris vel eius successorum coram officio castrensi
Zambroviensi in primo citatus termino tanquam peremptorio tenebitur sese
cum suis successoribus iustificaturum et satisfacturum sine ulla dilatione appellationis
pignoris vel intromissionis porrectione et alia quavis exceptione hac sua
personali recognitione ad praemissa mediante. Ex actis castrensibus Zambro
viensibus [illegible] Correxit [illegible]

G Sczawinska Plenipotentes

Coram officio et actis praesentibus castrensibus capitaneatus Zambroviensis personaliter comparens Gene
rosa Izabella Krobkowna relicta consors olim Generosi Pauli Ferdinan
di de Magna Sczawin Sczawinski notarii terrestris Zakroczimensis sana men
te et corpore existens palam publice ac libere verbisque per expressis
recognovit quia ipsa Generosos et Nobiles Joannem Rajno [illegible]
trum Sobolewski Anzelmum Jablonski ad omnes in genere et
singulas in specie causas et actiones suas iudiciarias coram quovis
iudicio et officio Regni tam terrestri quam castrensi cum quibuslibet
personis ratione quarumcunque rerum iniuriarum et differentia
rum agitatas et agitandas habitas et habendas in suos veros et legi
timos plenipotentes elegit inscripsit et ordinavit dans et concedens
eisdem plenipotentibus suis sive alterutri eorum omnimodam potestatem
et absolutam facultatem causas suas generaliter omnes tuendi de
fendendi promovendi proponendi controvertendi decreta suscipi
endi a contrariis movendi iuramenta attentandi intromissiones
bonorum suorum in poenis adiudicatis offerendi suscipiendi ali
aque omnia munera vera plenipotentis spectantia exercendi promittens
id totum quicquid per eosdem plenipotentes suos in causis suis factum et con
stitutum fuerit pro rato et grato suscepturum in hoc [illegible] quod
id accedente.

Wlostowski Emissio

Coram officio et actis praesentibus personaliter comparens Nobilis Marianna
Janakowska existens palam recognovit quia Nobilem Joannem Wlo
stowski de causa et actione eidem ad iudicium [illegible] advocatiale
Zambroviensis ratione sui per vim deflorationis [illegible] suffi
cientem satisfactionem quietat et liberum facit perpetuo.